

/ Serenissime, et Invictissime Imperator, Domine Clementissime.  
Iacobus Magnae Britanniae rex in libro, quem nuper Maiestati vestrae, coeterisque regibus, et principibus dicavit, et per certum hominem misit; non solum multa adversus catholicam fidem pro sua  
5 haeresi scripsit, sed in me potissimum, et mea scripta furorem suum effudit, multa mihi falso imponens, ut apud Caesaream Maiestatem vestram, et reliquos christianos principes invidiam mihi conflaret. Quare coactus fui, tum ut me ipse defenderem, Apologiam libro Regis opponere, eamque Maiestati vestrae in primis, deinde etiam pr  
10 principibus caeteris catholicis, atque orthodoxis dicare. Spero Maiestatem vestram hoc meum officium aequi, bonique consulturam, praesertim cum operam dederim, ut quam modestissime responderem. Accipiat ergo Maiestas vestra munusculum hilari fronte, meque in suis addictissimis famulis numeret, ac religionem catholicam, ut sem  
15 per fecit, protegere, ac propugnare pergat. Romae die 20. Novembr. 1609.